32-5 I-13

14

FVNEREI FLORES
AD SEPVLCHRVM ILL. ET REV. D.

CLEMENTIS GERAE

LAVDENSIS EPISCOPI,

ET COMTIS ETC.

Fœcundantibus mærentia ingenia lacrymis Enati.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

2

E L O G I V M.

Hic vbi attractam plebem, & Nobiles atratos vides
Inter cereas faces
Antiſtes omnino melleus iacet.
Opus hic Barberinarum Apum,
Illæ, barbarici mortis aculei
Atroces in Clementem tædæ;
Hunc tædebat adeò viuentem vitæ,
Vt purpuraſcentibus, præ vigilia, oculis
Ex illo rubro oceano, lacrymarum margaritas
Sub Piſcatoris anulo, & ſub plorantis
Petri imitatione eliceret,
Vt his pretioſis Vnionibus alienas diſcordias tolleret.
Aerumnas proprijs humeris ſuper impoſitas,
Ne caderent ferrea qua ſe verberabat
Catena detinuit;
Ita vt ingenuum pudorem non ante oculos tantum,
Sed poſt terga etiam ſanguine profluente haberet.
Vt Saturnus ferrata falce
Aureum attulit ſæculum,
Clemens huius mortis, & temporis
Ferream Falcem, & ætatem auratas fecit;
Obſtupeſceres ſub niueo capillo
Viuis vireſcere coloribus
Mortuo genas,
Ni hæc ſpei, illa fidei
Eſſent æterna monumenta;

A 2 Pur-

Purpuram caritatis, quę immeritò defuit capiti;
Non deſiderauit in corde, vbi ſocias
Eminentiſsimas Cardinales omnes
Virtutes ſecum habuit,
Nec Pontificis Maximi Sanctitas ſumma abfuit;
Cui ſingulæ Euangelicæ Beatitudines
Simul adfuere.
Diuerſis annis, ſed eodem penè die
Natus eſt Terris, & nactus Epiſcopatum,
Atque eodem ad fati nutus
Cedens, non cadens
Oritur dum moritur,
Tanto relicto ſui deſiderio
Vt vitæ, Epiſcopatus, & mortis,
Iure meritò vna dicatur dies.
Marchio Marius Conradus
Paſtori in Cœlis ouanti
Ouis gemens P.

Dum funus efferretur diù nubilus prius dies reluxit.

Eiuſdem.

EPIGR.

NVnc precor atratum ſcindas ſol nubile Cœlum
Funereas geminans ſplendidus igne faces.
Proh ſtupor! ad noſtras tolluntur vincula voces
Phœbo, dum Phœbus tollitur alter humo.
Theſſalicas iam duxit oues depulſus Apollo.
Pendentem Clemens pauit ab ore gregem;
Sic quia Paſtorem ſocium ſpectare ſit ardor,
Accenſo ſubitum duplicat orbe iubar
Naſcentis gemina in terris nox Herculis; iſti
Eſt gemina, vt ſummo naſcitur axe, dies

Poſt eius mortem reperta ſunt cum pecunijs in ſcrinio flagella. Alluſio ad diuitias quas Chriſtus ſpinas vocauit.

D. Io. Baptiſtæ Connæ C.R.S.

SPinas dixit opes Chriſtus, quò pungere diſcant,
Diuitijs Clemens iuncta flagella tenet.

ELO-

ELOGIVM.

CLEMENS GERA EPISCOPVS LAVDENSIS,
Periodica die, qua vitæ ſpiritum hauſerat, effudit.
Fidelis debitor vadimonium fatale ad diem ſtitit,
Infulas reddidit.
Clementi occurit CLEMENS;
Felicem auguratur, FELICITAS.
Diſcite fideles.
Bona mors eſt bonæ vitæ argumentum, gloriæ epitaphium.
Franciſci Bonij.

Aliud
Eiuſdem
Ad peruetuam rei memoriam.
Duo Pontifices cognomines
De hac Eccleſia optimè meriti ſunt;
Summus alter, alter dignus qui ſummus eſſet.
Clemens VIII. Pontifex Maximus
Penſionem annuam mille nummûm donauit:
Clemens Gera Epiſcopus.
Eandem controuerſam, & propè amiſſam
Defendit, recuperauit, in tuto poſuit.
Nihil ille donauerat, niſi hunc doni ſui ſortiebatur vindicē.
Diſce lector
Non ſine Cęleſtis Conſiſtorij conſilio
Nomina imponuntur in terris.

D.

Digitized by Google

Diem Iouis Ineralia præcedentem, quem pinguem appellant, communione generali indicta, à ſaginatione corporum ad ſaginationem tranſtulit animarum.

Eiuſdem:

EPIGR.

Pingui dicta Ioui, ventris damnata ſaginæ
  Lux fuerat tenebris digna perire ſuis.
Nundina iuraſſes Erebi, Baccuſq; Venuſq;
  Implebant totas ebria turba vias.
Non tulit hoc Clemens; cuius pietate coruſcat
  Digna ſua æternùm viuere luce dies.
Inſtituens ſolenne epulum, de morte redemptas
  Tranſtulit ad vitæ pabula Paſtor oues.
Sed cur nomen idem dempta impietate reliquit?
  Quin colitur ſacro nomine ſacra dies?
Eſt pinguis panis Chriſti veri Iouis; illi
  Sacra dies aptum nunc quoque nomen habet.

D.

D. O. M.

CLEMENTEM GERAM.

Defunctum oculis æternùm in corde duraturum
Nigris hic penna notis;
Mortem nempe animi teſtaturis
Deponat.
Patronum Pauperes amantiſsimum,
Mæcenatem optimum ſapientes,
Acerrimum Religionis Vindicem Pij,
Inſignem nimirum cuncti ereptum Epiſcopum.
Lacrymentur.
In hoc
Iuſtitia, & Pax ſe ſe inuicem oſculatæ ſunt.
Qui
Paci, & clementiæ non tàm nomine quàm opere prælatæ
Integerrimam addidit æquitatem.
Minoem Iuſtitia dicerem
Niſi in Cœlum translatum iure crederem;
Plurimas in Eccleſia ſuſcepit prouincias,
Detrectauit nullas,
Par omnibus
Omnes felicitèr confecit.
De Eccleſiaſtica Rep. optime meritus
Laudenſis Epiſcopus renuntiatus
Clericalem vigorem ſuſtinuit, ac rigorem
Exemplo magis quàm imperio
Omnium exemplar virtutum.
Ad altum hoc dignitatis faſtigium euectus
Lapſum non timuit
Humilitatis baſe ſolidatus;
CLEMENS omnibus; ſibi piè crudelis
Fru ſtra huic liberalitatem, Epiſcopo dignam, ſuaſeris
Qui ſanguinem vſque liberaliſsimè fudit.
Cœleſtem tandem promeritus vitam

Abijt

Abijt non obijt.

Huius Magnos Manes veneratus Euangeliſta Comendulus Congr. Somaſchæ lacry. Poſ.

In mortem Illuſtr. & Reuer. D.D. Clementis Geræ.

ODE

Eiuſdem.

NON ſemper vetulæ ſtamina protrahit
Cornicis Lacheſis: Gangeticus neque
Ales mortifera ſpicula diffugit;
Fatis ceruus,& occidit.
Qui nempe æthereo lumine veſçitur,
Tandem ſtata decet funera ſentiat,
Mortis nec ſcopulum qui caueat catus
Seſe nauita iactitat.
Hinc quamuis meritus ſæcula Neſtoris
Clemens Heu! cecidit; non tamen ingeni
Immortale decus geſtaque tradita
Scriptis inclita decident.
Fatum, quin oneri ſurripuit graui,
Subtraxit nimijs atque laboribus;
Vt nunc inuigilet celſior omnibus
Alto è pegmate ſiderum.
Vobis nunc ſupero è vertice conſulet
Quorum eſt emoriens vulſus amoribus
Ciues, ſubſidio proximior, loco
Quamuis vſque remotior.
Ergò nunc lacrymas pectora comprimant;
Non perdunt vigilis lumina Præſulis.
Turri de ſupera proſpicit excubans;
Vrbis ſeruet vt omnia.

Ad Illuſtr. DD. Didacum Geram
De Patruo exeunte Nouembri Defuncto
Eiuſdem.
EPIGR.

CArpere crudeli ceſſes iam nomine Parcas
Didace, quod noſtris occidat iſte plagis.
Sol tibi ceù toti Clemens illuxerit Vrbi:
Aethere iam noſtro cedere cogit hyems.

Pauperum Querelæ di morte eiuſdem:
Eodem Auctore.
EPIGR.

HEV crudele nefas! pharetis mors ſpicula promet
Spicula, ſexcentis apta ferire caput?
Et manet excuſsis Clementi funera telis
Condere qui noſtrum damna leuabat ope?
Excute. Sed lacrymas miſerorum, haud corpora fundes;
In cœlis Clemens nam quoque functus erit.

In obitu Illuſtr. & Reu. Clementis Geræ Epiſc. Laudenſis, ipſo die Sancti Clementis.

Collige Lauda Lacrymas.
CLEMENTI
Immortalitatem donato fatis, ſuperq; parentaſti;
Secundæ vices exoptant gaudia.
HIC,
Quas Caſtoris, & Pollucis iactabat vulgus fabulas,
Sui potius vaticinia vulgauit.
Et in ortu gratiæ, & in occaſu vitæ Diui Clementis
Aſſequutus fraternitatem, quid mirum ſi parem
In Iubilo nactus eſt æternitatem?
Plaude ergo in Gemino hoc Clementiæ,
Et duplicis Clementis charam feſtiuitatem
Sub vna venerare luce.

Sebaſtiani Doliæ.

CLEMENTIS GERAE

Illuſtria ne paueas penna facinora ſcribere
Quia Clemens eſt.
Et ita CLEMENS
Vt Traiano melior diei iacturam feciſſe exiſtimaret;
Quo beneficia non præſtitit.
Qui
Sui penitus oblitus, aliorum maxime memor
In pauperum egeſtatem oculos ſemper habuit intentos;
Extentas manus
Et vt magis intueretur
Innumeros tibi quotidiana verberatione oculos
Ferreis in dorſo flagellis aperuit.
FELIX LAVDA
Quę tuam ad cuſtodiã Argum citra figmentũ, adeò oculatũ
Leonem vel noctu apertis vulnerum oculis vigilem
Habuiſti;
Imo felicior
Cui
Paſtor excubuit, omnibus (ſi diuina conſulas Oracula)
numeris abſolutus.
Dum enim opes, & ſanguinem gregis ſibi commiſsi
commodis vouit
Animam pro ouibus poſuit.
Diſce Lector
Vel ſanguine muneris ſuſcepti partes adimplere.

D. Pauli Belloni C.R.S.

Illuſtr. D. Didacum Geram ſolatur.

Eiuſdem.

EPIGR.

Astra tenet CLEMENS; lacrymarum flumina ſiſtant
Lumina, ſi ſupero nunc Deus axe beat.
Vlla tibi remanet iuſti ſi cauſa doloris,
Quod ſecum pietas concidit ipſa, dole.

Poſt

Digitized by Google

Poſt Eiuſdem Obitum minutam ſupellectilem Frequens Populus pias tanquam reliquias petijt.

[redacted].

EPIGR.

NOn fului ſtinxit viuus iam dona Metalli
CLEMENS, ſed ſparſit muneta larga manu,
Nunc quoq; quod reliquum eſt functus partitur egenis,
Prodigus vt vixit, prodigus vt moritur.

Veſpeſiani Germina ſci.

Illuſtr. D. Didacum Geram ſolatur.

Eiuſdem.

EPIGR.

DIdace quid lacrymas cupiam tibi tergere vultu?
Quin luge, & gemino lumine funde Mare;
Seu moriens noſtris Clemens decedit ab Oris,
Seu Cœlis oritur, iure meretur aquas.
Quam bene ſic CLEMENS imitatur lumina Phœbi!
Hic cadit in Pelagus, naſcitur atque Mari.

ELO-

ELOGIVM.

Viator ſiſte gradum.
Clementia, Cœlo delapſa, hoc tumulo condita eſt;
Niſi in Dei ſinum rurſus reuerſam arbitrari malis,
CLEMENS nempe cubat.
Qui ſibi ſatis, mundo momentum vixit;
Si mundo viuit, qui Deo, indefeſſus, inſeruit;
Vixit enim vix ſine victu,
Nunquã Victus, sẽper Victor, imò conculcator voluptatis;
Mundus mundum aſpernans,
Corpus ieiunio extenuauit, pane cõtentus, & mirũ in modũ,
Vt Diuini Amoris flammam aleret, frigida fruebatur.
Ne oculis quidẽ indulgens, peregrina reſpuit periſtromata,
Cæteraq; Barbari luxus genera;
Barbaricum enim opus non decuit CLEMENTEM.
Eſurientibus patrimonium erogans,
è faucibus mortis populum eripuit.
Nec mirum, quod ſe pium geſſerit,
qui proprio nomine præferebat;
ME CLEMENTEM GERAM;
Iuſtum ſilicet tum morti tributum extorſit.
Obijt ipſe. Mirum æquitatis argumentum!
Quod Parcę ſurripuerat, propria morte compenſauit.
Mirè adeo Iuſtitiæ Miſericordiam copulauit,
Vt Iudex miſericors, miſericorsq; iuſtus ſit viſus;
Et quò magis pius in alios, eò in ſe crudelior,
Nemini niſi ſibi ſæuerus.
In Cella latitans, ferus lictor, innocentibus membris creberrima
Infligebat verbera;
Sagax tamen, quod Innocentem perſequutus, vnum, tanti facinoris, ſe conſcium admittebat.
Nunc heù dolor!

Solo

Solo Solamen, humi humilitas iacet:
Ereptum Patrem plorat Pupillus:
Amiſſum Paſtorem populus gemit:
Cœnobia ſubuentorē: Rei Arā miſericordiæ collacrymātur.
VIATOR
Optimo Patriæ Parenti parentare ne deſinas;
Ad hanc Vrnam effunde aquam;
Clementia extincta aquam poſcit,
Sed lacrymarum.

Antonij Pretalberæ.

Didaco

Digitized by Google

Didaco Geræ Illuſtr. Viro

Ob mortem Illuſtr. ac Reu. D.D. CLEMENTIS GERAE

Laudæ Epiſcopi eius patrui

hæc perſoluit

Paulus Aemilius Zanus. I. C.

QVæ vitam ingrediuntur, mortem ſubeunt, Excelſe vir; Quæque ſunt mortalia; Corallijs nunc purpurata Roſa, ob florum regnum, odorata ſuperbit gloria; mox radijs, quorum fauore, nuper regnabat, ſauciata, in eodem, quo orta eſt throno, exanguis elangueſcit. En mortalium miſerrima viciſsitudo! Obijt Patruus Paſtor: obijt integritatis omnibus partibus abſolutiſsimus vir. Admittat admittat animi ægritudo, ad hæc verba, breue lacrymarum ſolatium. Antiquis antiqua ſeueritas perpetuum doloris iubeat ſilentium. Nequit meus dolor furores adeò ſupprimere, quin in Parcarum ſæuitiem erumpant; Nequit luctus Optimi Clementis mortem linquere illibatam: mortem dignam, ad cuius aduentum omnium dolor in eiulatus ſe effundat, omnium oculi inter lacrymas enatent. En quòcunq; lumina verto, tenebras conſpicio; Eccleſiæ enim ſydus, ſuum vt peteret regnum, terrena deſeruit. Turbauit rigida Eclypſis hanc lucem, qua Laudenſe Cœlum ægyptia fruebatur ſerenitate. Fecit hanc cladem Phæbus æmuli impatiens, veritus, ne CLEMENS virtutum Sol, ſibi à Lauda laudum, & obſequiorum tributa carperet. Solentur itaque, Magne Nepos, tuum mærore confectum animum hi ſenſus; Eccè omnium Pietas oculos lacrymis funeſtat. Non eſt dolor, qui planctum non exprimat; Non eſt cor, quod in ſuſpiria non euolet; Eiulatibus mæror implet Cœlum; ad quod CLEMENS leuior euolauit, quòd ieiunio extenuauit corpus. Luget Nouaria filium; Luget Lauda Patrem; Luget Eccleſia Paſtorem; Meaq; Pietas ad tanti viri tumulum hæc in mæroris leuamen effundit.

Stà

Stà Viator
Ne Paſtorem excubijs defatigatum
Hic dulci ſomno correptum excites.
Quieſcit CLEMENS GERA, qui gerens Clementiam
Rugientem Leonem ſola fugans manu,
Paſtorali non vſus eſt virga.
Index ſufficiebat, vt voraci ab ægrotantibus Ouibus
Perpetuum Indiceret exilium.
Fracta eſt Cereris, & Bacchi Cymba
Ad hoc CLEMENTIS frugalitatis ſaxum;
Famem abſtinentia necans,
Vt egentes cibo aleret, ieiunia mendicabat.
Pietate carens carni verbera infligens,
Tanti hoſtis Regnum
Vnico flagello perdomitum, deuaſtauit,
Acerrimumq; hoſtem catena deuinciens,
De ipſo triumphauit.
Plauſit huic triumpho Innocentia,
Inſontemq; amplexura,
In eius obitu, riſum in Pueri labellis expreſsit.
Autumnantem Cœlo animam,
Ac de mundo mundam triumphantem
Fælicitas excepit, & Clementia.
Ferietur itaq; à lacrymis Pietas,
Clementiæ gemma à morte clam ſurrepta
Hic latet.
Ipſam abdidit DEVS;
Ne mireris:
Sic MAXIMVS ille ſuos recondit theſauros.

Pauli Aemilij Zani I. C.

In funere Illuſtr. & Reu. D.D. CLEMENTIS GERAE Præſulis Laudenſis.

Valde timendum, mortales,
Quando ab humanitate ſeparatur Clementia;
Feliciſsimè deperit, meliorem locum dum reperit;
Non longè patitur Cœlum, quæ ſibi debentur, terras abuti;
Ab humanitate ſeiungitur, diuinitati coniungitur.
Fortunæ viciſsitudines firmauit,
Eadē planè die, qua priùs fuit aſsūptus, eadē eſt deſūptus;
Iam nouus Phęnix ad æternum Solem feliciſsimè redoleuit;
Proh ardentes cineres, in quibus diuini adhuc ardoris clauduntur incendia!
Clementiam deſperare poſſumus,
Quando committitur ſaxo.
Obſequio ſequuta eſt Lauda viuentem,
Sequitur obſequio ſepultum;
Acclamauit Epiſcopum, clamat extinctum;
Legit elatum, luget ablatum:
Collegit patrem, nunc colit patronum;
Pauperum preces audiuit viuens,
Exaudiuit extinctus.
Lauda tanti Præſulis Laudes efferet, vel ſepulti:
Laudenſes
Si aufugit Clementia,
Pietatem abire ne deſinamus.

Caroli Muſeſſi.

Eiuſdem:

EPIGR.

VT primùm Phæbus compleuit Præſulis horas
CLEMENTIS, faciem nube tegente tegit;
Vt primùm corpus ducunt exangue ſepulchro,
(O mirum) radios fundit vbiq; ſuos.
I felix: nuſquam dubitabis; abire ſub vmbras
Nil timeas, Phæbo te comitante nequis.
Iam Cœlum ſcandis, patriam q; potiris adeptus,
Eccè tuos Phæbus promicat ante pedes.

De eodem Diſticon Eiuſdem.

O Fœlix obitus: lucem deperdere neſcis,
Sub terram vt properas, Phæbus vbiq; micat.

De Catena ferrea, qua ſe vincire ſolebat.

Eiuſdem.

EPIGR.

HEroes ſileat ſublimis fama vetuſtos,
Dum traherent victos ferrea ſepta viros.
Non alios ferro hic vincit: ſe vincit: adeptus
CLEMENS eſt laudem: palma catena fuit.

De eadem Diſticon Eiuſdem.

VT traheret duræ laqueos, & vincula mortis
Se laqueat: laqueis, ſoluitur ipſe ſuis.

Digitized by Google

De lacrymis
Diſticon Eiuſdem.

MAgnus Alexander lacrymis quæſiuerat orbes,
Huic meliorem orbem, lacryma multa parit.

De Sepulcro eiuſdem.
EPIGR. *Eiuſdem.*

IAm duro tegitur facilis Clementia ſaxo;
Difficilis pietas: ſaxa negare ſolent.
Non tamen vt timeas: lapidem feruefce, precando
Ignes nempe ſolet mittere dura ſilex.

Solamen Didaco Geræ alludendo Inſcriptioni.

Eiuſdem.
EPIGR.

DIdacè, quid mæres, quid mittis in aſtra querelas?
Iam rapuit patruum, mors violenta tuum.
Funerei flores: Fructus iam geſsit in aſtra;
Spinas eſt paſſus, parta corona ſibi eſt.
Floruit emoriens: nunquam periiſſe putabis,
Mors viridis, flores donat amica ſuos:
Hi malè non redolent, quamquam venere ſepulchro
Qua moritur Phænix non niſi gratus odor.
Ne timeas functum: ſi ornata eſt floribus Vrna,
Iam gratus Cœlo ſpiritus inde venit.

CLEMENS eodem die, quo naſcitur, perit.

EPIGR.

IAm ceſſet gemitu gens deplorare fluenti
Fatum CLEMENTIS Præfica facta ſui;
Victum, non vitam, Laudenſes, iſte reliquit,
Ortus, & occaſus non ſimul eſſe queunt.
Aurelij Cipelli.

De eodem
Eiuſdem. EPIGR.

DVm perijt Magnus Macedo, cognomen abiuit,
Dum moritur CLEMENS; eſt tamen vſque pius;
Si vitæ fuit vna dies, fuit vnaq; mortis,
En mors ad vitæ iam caput ipſa redit,

Elato

Elato CLEMENTIS cadauere Cœlum prius nubilum reſplendet, eodemque ſepulto iterum obſcuratur.

EPIGR.

DVm iacet exanimis CLEMENS, Sol lumina condit,
Corpus vt effertur, lumina Mundus habet;
Conditur vt tumulo, rurſum ſtant nubila Cœlo;
Sol verè eſt CLEMENS, ſi facit ille diem.

Michaelis Angeli Bonelli.

Pingatur Pelicanus, qui ob alendos natos viſcera dilaniat.
Ex Clementia vita.
Pingatur fax accenſa, & turbini obſiſtens.
Inoffenſa lucet.
Pingatur nauis in Portu.
In vndis tuta.

Octauij Melleſi.

CLEMENS GERA.
Anagram.
CLARE GEMENS.
Diſticon.

HAec, quæ Clementem circumſtat, lumine Cœli
Tæda GEMENS CLARE monſtãt amica viam.

Caroli Mariæ Maineriij.

De

In funere Illuſtr. CLEMENTIS GERAE Epiſcopi Laudenſis remanſit pluuia, vt ſe reſtrinxit mare in funere D. Clementis.

E P I G R.

Noćte pluuit tota, redijt ſed lucidus æther
Manè, vt CLEMENTI funera Lauda paret.
Inuidere mari nimirum ſydera; pontus
Diuo Clementi carpit, & aer aquas.
Quis meritis ſimiles ſimili non credat honore
Dignos, quos reddunt iam ſua facta pares?

Sebaſtiani Delia.

Digitized by Google

De catena ferrea, qua ſe verberabat, poſt eiuſdem obitum in ſcrinio cum pecunia reperta.

EPIGRAMMA.

O Mirum! Clemens adeo ſi prodigus auri eſt,
  Soluendas quid opes ferrea vincla tenent?
Non ſeruire auro, ſed vult ſibi ſeruiat aurum,
  Hinc vt mancipium dura catena premit:
Quamquam tam largè cum dextra effundit egenis,
  Inde manu miſſum dicere iure potes.

D. Io. Baptiſtæ Scopa C.R.S.

Nella

Digitized by Google

Nella morte di Monſign. CLEMENTE GERA
Veſcouo di Lodi.

S'allude al Sepolcro di S. Clemente Papa, e Martire
trouato in mare.

Del Sig. Vincenzo Bignami.

DEl martire Clemente
La mirabile tomba in ſacro altare,
A Popolo dolente
Donò pietoſo il mare:
Hora, fero dolore,
Nouo Clemente more,
Popol diuoto in tanto
Rende la noua tomba à vn mar di pianto:

Nello ſteſſo ſoggetto
Alludendoſi all'ancora trouata vicina
al Sepolcro di S. Clemente.

Del medeſimo.

LA tomba è di Clemente,
Queſta tomba diuota,
Che in mar di pianto nota.
Qui l'occhio mio dolente
Non rimira giacer l'ancora torta;
Perche mia ſpeme è morta.

Perchè

Per lo pianto vniuerſale in morte di Monſignor Illuſtr.
CLEMENLE GERA.

MADRIG.

Del Sig. Prepoſto di S. Saluatore.

STupor non ſia, ſe i lumi
Del Popolo di Lodi
In così larghi modi
A lagrimar ſon pronti;
E proprio di CLEMENTE aprire i fonti.

Gli eſpoſti fatti allattare à proprie ſpeſe da Monſig. Illuſtr.

MADRIG.

Del medeſimo.

BArbaro Genitore
A l'ingiurie reſpoſe
Del tempo, e de la ſorte;
Mà il buon CLEMENTE oppoſe
La ſua pietà, per inuolarne à morte;
Queſta vindicatrice
Con più ferino core,
E con maniere doppiamente ladre
In CLEMENTE ci toglie il Balio, e'l Padre.

Mentre il cadauere di Monſignore ſi portò per la Città alla ſepoltura, il Cielo primo nuuoloſo ſi ſerenò.

S'allude à Febo diſcepolo di S. Clemente Martire, che con preghiere fè ritirare il mare per vedere il corpo di detto Santo.

MADRIG.

Del Sig. Franceſco Bignami.

SE da l'antiche ſponde,
Per riuerir doleute
Le membra di Clemente,
Febo diè fuga à l'onde;
Di Clemente nouello,
Hor per mirar le care ſpoglie eſtinte,
Febo lungi dal Ciel le nubi ha ſpinte.

Digitized by Google

S'allude al dono delle lagrime in Monſignore Illuſtriſsimo CLEMENTE GERA.

Del Sig. Antonio Pretalbera.

SE tenero è CLEMENTE
Perche à CLEMENTE, ahi laſſo,
Si dà tomba di ſaſſo?
Al mar del vero Amore,
Con tributo beato,
Già in fiume traſformato
Di pianto, offerſe il core;
Hor dritto è ben per natural coſtume,
C'habbia il letto frà ſaſſi ei, ch'era vn fiume.

Nello ſteſſo ſogetto.

Del medeſimo.

AL pianto già ſi pronte
Le luci hebbe CLEMENTE,
Che ſembrò altrui nel lagrimare vn fonte:
Tu Popolo dolente
Hor, ch'egli eſtinto più non verſa humore,
Diſtilli in pianto il core?
Ceſſino omai tue doglie;
S'era fonte, à ragion l'Vrna l'accoglie.

Nel medeſimo ſogetto.

Dell'iſteſſo.

OH qual prodigio, oh quanto
Fù à l'hor, che'l pio CLEMENTE
Fea ſe ſteſſo per gli occhi vn mar di pianto.
Hor è in vn marmo accolto;
Fà però marauiglie anco ſepolto;
Marauiglie più rare;
D'vn breue ſcoglio in ſen ſi chiude il mare.

Sopra

In morte
Dell'Illuſtr. & Reuerendiſs. Veſcouo di Lodi
CLEMENTE GERA.

SONETTO.

Del Sig. Canonico Bartolomeo Cernuſchio.

A Venerar la tomba, e le diuote
Oſſa del mio Paſtor, di cui più degno
Non fù, frà tanti Cigni ecco ne vegno
Con queſte amare mie lugubri note.
Qui de l'auello in sù la dura cote
Tento ſcolpir di viuo affetto vn ſegno;
Mà non hà forza tal debil'ingegnó,
Ne rugginoſo ſtil cotanto puote.
Inciſo adunque io ti conſacro il core
Con lagrime ſtillate, o Paſtor Santo,
Già del Mondo, hor del Ciel lampa, & honore.
Chi sà, ch'io forſe non riporti il vanto,
Di ſommerger la morte, e'l gran ſplendore
Del tuo nome auuiuare entro il mio pianto?

Sopra la Diſciplina trouata nello ſcrigno di Monſignore Illuſtriſsimo GERA dopò la ſua morte.

MADRIG.

Di D. Gio: Battiſta Damiani.

LA, doue altri naſcoſe
Gemme, ricchezze, ed oro,
CLEMENTE iui ripoſe
Di penaci catene aſpro lauoro.
Così flagelli, e noie
Per amor di GIESV fur le ſue Gioie.

Sì

S'allude alla catena colla quale ſi cingeua l'Illuſtr. & Reuerendiſs. Monſignor CLEMENTE GERA Veſcouo di Lodi.

SONETTO.

Del Sig. Carlo Maria Mainero.

DI ferreo nodo al ſuo deſir leggiero
CLEMENTE il nobil fianco adorno reſe,
Con cui facendo al corpo atroci offeſe
L'annodò ſchiauo, e trionfonne altero.

Così come à ribelle iniquo, e fero
Graue di ſchiauitù laccio gli appeſe;
Acciò, ch'auuinto ne le ſue conteſe
Libero haueſſe al Ciel l'alma il ſentiero.

Mà che? la palma ottenne anch'ei beato
Contro il Mondo, e Pluton: poiche faſtoſo
Trionfar'ei non può, ſe non domato.

E fatto il laccio vil fregio pompoſo,
Rendendo il corpo di catena ornato,
Gli dà fregio ſeruil nobil riposo.

Si

Si conſola il Sig. Diego Gera per la morte dello ſteſſo Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Monſignore ſuo Zio.

O D A.

Del medeſimo.

IN van la Parca ſgridi;
Perche troppo crudele habbia troncato
Diego, del gran CLEMENTE *i fili alteri:*
In vano il cor tu guidi
Su gli occhi; acciò che in pianto diſtillato
Serui per teſtimon de' tuoi penſieri:
Sollieui ſon leggieri,
Per liberar dal duol l'anime amanti,
Le querele, i ſoſpir, le ſtrida, i pianti.

Non debolezza afflitta
Trionfa alto dolor, non ſenſo imbelle;
Anzi doglia maggior ſpietato accreſce.
Valor, virtute inuitta
Pareggia il Fato, e ſupera le Stelle,
E ſola al Mondo vincitrice n'eſce:
Tutto confonde, e meſce;
E de la forza ſua tal'è il valore,
Che de la morte ancor ſprezza il rigore.

Di queſta ti prouedi,
Arma poſſente, che dal duol diffende
Ogni più effeminato, e debol petto:
T'arma di queſta, e credi,
Che ſtrale di triſtezza in van pretende
In alma coraggioſa hauer ricetto.
Vn regolato affetto
A g'i accidenti human non ſol contraſta;
Ma gl'influſſi del Cielo à vincer baſta.

Al

Digitized by Google

A i colpi di fortuna
Miſeramente ogni mortal ſoggiace;
Ne può co'l prezzo de i teſor ſottrarſi:
Non può ſalma digiuna
Del tempo ingordo, ò de l'età vorace
Già mai per longo ſpazio aſſai cibarſi;
Ne mai per variarſi
Qual Proteo à gli altrui danni in guiſe tante,
Cangia queſta crudel forma, ò ſembiante.

Il Pio CLEMENTE *ſolo*
De' ſuoi crudi rigor trionfo ottenne,
E ſprezzò inuitto i ſuoi temuti oltraggi;
E ſi rapido il volo
Hebber dei gran deſir l'audaci penne,
Che del ſommo Motor poggiaro à i raggi;
Onde con penſier ſaggi
Per vbbidir del Cielo à i gran decreti,
Traſſe di Santità ſuoi giorni lieti.

Cibò Paſtor pietoſo
De le proprie ſoſtanze il proprio gregge,
Quaſi da fame eſtinto al ſuol languente:
Negò breue ripoſo,
Perfetto oſſeruator de l'alta legge,
Per darlo à l'alma, al corpo egro, e dolente:
Speſſo ſu'l ſuolo algente
Traſſe le veglie ne i notturni horrori
Non à guardar, mà à guadagnar teſori.

Strinſe crudo, e ſeuero
Fatto nemico amante di ſe ſteſſo
Deſpietati flagei d'aſpre ritorte;
Onde al percoter fiero

Vinto

Vinto cadea da languidezza oppreſſo,
A far felici ne i martir ſua ſorte;
E armando contro morte
Di Cilici il ſuo ſen, velli importuni,
Le fea guerra crudel d'aſpri digiuni.

Queſti furono gli agi,
Che del tuo amato Zio, del noſtro Duce
Riccamente fruì l'alma diuina.
Sentier ſol di diſagi
Intrepido calcò, che al Ciel conduce,
Per far d'eterne gioie alta rapina;
Così fatta vicina
Al ſuo bramato ſpoſo altera gode
Frutti, e furti diuini di ſanta frode.

Ei di là sù felice
Trà l'armonia de le Celeſti sfere
Mira il tuo pianto, e i tuoi ſoſpiri aſcolta.
Mà che? forſe infelice
La rendon queſti; ſe diuin piacere
Turbato può reſtar da mente ſtolta:
Alma in diletti inuolta
Poco vn ſen tormentato apprezza, e cura,
O non la turba almeno altrui ſciagura.

Con la cetra ben pote,
Per hauer il ſuo core, il Trace Orfeo
Placar il Rè de la Magion di Dite;
Si che le furie immote
Co'l ſuo canto diuin render poteo,
E del Tiranno fier le luci ardite;
Così mentre ſmarrite
Reſtar le guardie, à le Tartaree ſoglie
Riuolſe il tergo, & inuolò la moglie.

E La

La tolſe è ver; mà fece
Ciò ſol, per trarla da crudel martire,
E liberarla dal profondo Inferno;
Ma à noi ciechi non lece
Nutrire il cor d'ingiuſto, e van deſire,
Che del Ciel non conoſce il bene eterno.
Sù dunque omai gouerno
Imponi al pianto, e non voler co'l duolo
Ciò, che al Cielo ſi dee, bramar nel ſuolo.

Troppo miſera, troppo
Viue vn'alma quà giù, che al Cielo aſpira,
E impaciente il ſuo gioire aſpetta.
Sciolſe la Parca il groppo
De lo ſtame vital, per cui ſoſpira
La noſtra debolezza al duol ſoggetta;
Mà tù, Diego, perfetta
Intanto tua virtute al core aſtringi,
E contro il ſenſo il di lei ſtral ſoſpingi.

Del

Al Sig. Diego Gera

In morte di Monſignor CLEMENTE GERA ſuo Zio.

Che la morte de' virtuoſi non è da piangerſi.

ODA

Del P. D. Gio. Battiſta Scopa C. R. S.

SE fortunato abete
Fatto ſcoglio volante
Rompe de l'Occan dure tempeſte,
E da l'Inde foreſte
Reca al paterno ſuolo oro natante,
Non più ſtan l'aure chete;
Mà per lungi ſonar, voci più liete
Da' bocche de' metalli
Si prende il riſo à penetrar le valli.

Diego, ſe man rapace
Di Parca troppo auara
Del tuo gran Zio lo ſtame d'oro hà tolto,
Perche ſul caro volto
Da gli occhi il core à liquefarſi impara?
S'egli è ſplendida face,
Come nube di duol turba tua pace,
E da i dolenti lumi
Verſi in vn mar di gioia amari fiumi?

Trionfatore auguſto
Del ſecol noſtro infido
Già ſi vide domare atre procelle;
Per poſar sù le ſtelle
De le calme beate hà preſo il lido;
Là di gran merti onuſto
Mentre ſpirò, del legno ſuo robuſto
Da queſto mar crudele
Con vn ſoffio immortal ſpinſe le vele.

Trà mendichi diſperſo
Ne la magion di luce
Perduto il vil pallor l'oro più ſplende;
Quel ne l'empiree tende
Se calcollo col piede, hor gli riluce
In diadema conuerſo
Sul biondo crin non più di neue aſperſo,
Cui, ſe in ferreo ritegno
Chiuſo nol tenne, aperto hà l'aureo regno.

Da ſetoloſe ſpine
De gl'hirſuti cilici
Ne l'Eliſio del Ciel roſe raccoglie;
Stan frà le care ſpoglie
De l'innocenza ſua catene vltrici;
Onde vaſto confine
Stendongli à libertà ſpiagge diuine;
Che, s'ei fè ſchiauo il dorſo,
Scioglie libero il piè con gli aſtri il corſo.

Tal'hor virtù ſublime
Se ſi toglie da noi
Per poggiare à la Reggia, ond'ella venne,
Stenda pur l'auree penne,
E ſul volo immortal porti gli Eroi;
Da le ſtellanti cime
Ne i meſti cori ò come il gaudio imprime!
Come ſi ſdegna intanto,
Che turbi il ſuo ſeren nembo di pianto!

Ne le balze de l'Età
La gran Madre d'Alcide
Spargea ſul rogo vn lagrimoſo riuo;
Quando ſplendido, e viuo,

Il

Il domator de' moſtri il pianto vide:
Veſti omai faccia lieta
Diſſe, e de gli occhi i gorghi immenſi accheta;
Da me piu chiaro reſo
Hammi in Nume lucente il foco acceſo.

Non varcò l'ombra mia,
Per gire à l'empie grotte,
De lo ſtagno Leteo l'onda paluſtre;
Mà frà i trionſi illuſtre
L'ombre fugò de la perpetua notte;
Al Ciel rupe la via,
E, come già, lungi da me ſi ſuia
Il Sole: e ſi confonde,
Che d'vn'ombra la luce il Sole aſconde.

Sù le veloci sfere
Sotto il piè luminoſo
Correre ad inchinarſi i moſtri io veggio
Al mio temuto ſeggio,
Che pari al Genitor s'erge faſtoſo;
Miro l'vcciſe fere
De le mie glorie emulatrici altere
Di faci eterne cinte,
Tanto, che ancor non sò d'hauerle eſtinte.

A l'acceſo tuo dolo,
Che da i diſciolti rai
Ad opprimere il cor ti cade in ſeno;
Poni, Alcmena, pon freno;
Onde fulmini il Cielo hora vedrai
Non vn Tonante ſolo.
Si diße; e come il Sol, che fregia il Polo,
Sù le nubi del viſo
Pinſe con luce d'or l'Iri d'vn riſo.

Digitized by Google

De Cadavere eius non exenterati die huius quinq. inhumati Clementis decimi nec resumi... evidente incorruptibilitate. 70

Epigramma.

Hic iacet exanimis Clemens [illegible] [illegible]

nec sunt ex utero viscera mota suo

Humidus in se abest, [illegible] cadavera vertens

in squalidum, [illegible] balsama nulla sequunt.

Quinta dies agitur, quo Clemens fata subivit

Ac inhumatus, odor nec gravis inde redit

Praesulis una serenis [illegible] cum [illegible] gaudeant [illegible]

Astera cur [illegible] [illegible] redolere queunt.

D. Petri Palmerini I.C. Canonici [illegible]

In Morte d. Jacobi Vescovi S. Eccl.
... numerus

2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40	50	60	70	80	90	100	200
B	C	D	E	F	G	H	I	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	V	Z

Clemens ——— n. 153
Terra ——— n. 153
Gregorius ——— n. 417
Laurentius ——— n. 339
...tius ——— n. 500
Anna ——— n. 101

1643

Joseph ... Cremonen.

In Morte eiusd. elogius Acrostichon
Clemens Legere Gregorium
Mors Eripuit Nostrum
Sedulum
Ternes Cirkule Rector
Aloys

D. Clemens ...

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE